



Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque

Accvratam Qvæstionvm D. Thomæ, Ab LXXXIV. Vsqve ad finem: &
Disputationum de virtute Pœnitentiæ, De Clauibus, De Sacramentis
Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, De Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis,
expositionem complectens : Accesserunt Indices quinque: ... Postremus

Suárez, Francisco

[Köln], 1616

Disputatio XII. De remissione venialium per alia opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93815](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93815)

infundunt: ita ut ex hoc articulo non habeamus ex A
 septentia D. Thomæ, sacramenta semper remittere
 venialia peccata, sed tunc solum quando primam
 gratiam infundunt. Et adhuc, tunc non omnino
 semper, sed regulariter, & interveniente ex parte
 hominis sufficiente motu contra peccatum veniale.
 Et in hoc sensu procedit ratio aptissime, & cessant
 omnes difficultates. Multum autem dubito, an
 hæc fuerit mens D. Thom. propter absoluta & univ-
 ersalia verba eius. Et ideo addere possumus,
 quamvis sacramenta non infundant semper pri-
 mam gratiam, nec per se, tamen quoties aliquam
 gratiam infundunt, ea efficacitate illam conferre,
 quæ sufficeret ad dandam primam gratiam, si in
 subiecto non præcessisset, dummodo obicem non
 poneret (quod semper præsupponendum est) & ideo
 hic subsumit omnia sacramenta infundere gra-
 tiam, scilicet, vel actu, vel quantum est ex sua effi-
 cacia. Et ideo ad hanc rationem necesse non est, ut,
 quoties augetur gratia, remittantur venialia: sed
 quoties augetur tali modo, & tali efficacitate, quæ
 ex se ad dandam primam gratiam sufficeret. Quam-
 vis autem D. Thomas non declarat, subintelligit
 tamen requiri dispositionem ex parte recipientis,
 sicut in articulo 2. explicuerat, ad quem se remit-
 tit. Qualis autem, & quanta esse debeat hæc dis-
 positio cum sacramento coniuncta, nos postea de-
 clarabimus.

Secunda assertio, quæ ex reliqua parte articuli
 colligitur, est, Sacramentalia operantur ad remis-
 sionem venialium peccatorum, in quantum sunt
 cum aliquo motu detestationis peccatorum, aut re-
 uerentia in Deum, vel res diuinas. Non explicat au-
 tem D. Thom. qualis debeat esse ille motus: satis ta-
 men ex verbis eius constat non postulare, ut sit ve-
 rus actus contritionis, vel amoris Dei super omnia,
 sed quælibet detestatio formalis, vel virtualis de
 peccato veniali, dummodo in charitate, & aliquo
 modo ex gratia fiat, ut in solutione ad 3. declarat.
 Rursus non exponit D. Thom. quomodo hæc sacra-
 mentalia operentur ad excitandum hunc motum:
 & an suppleant aliqua ex parte eius insufficientiam,
 & defectum: sed hæc tradentur à nobis disput. se-
 quente. Argumentorum solutiones non indigent ali-
 qua expositione.

ARTICVLVS IV.

Vtrum veniale peccatum possit remitti sine mortali.

Infra q. 90.
 ar. 4. ad 3. q.
 4. dist. 6. q.
 2. art. 1. q. 2.
 & 3.



Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod veniale peccatum possit remitti sine mortali. Quia super illud iohannis 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat: Dicit quædam glossa, quod omnes illi erant in peccato mortali: venialia enim eis dimittebantur per ceremonias. Ergo veniale peccatum potest remitti sine mortali.

Præterea. Ad remissionem peccati venialis non requiritur gratia infuso, requiritur autem ad remissionem mortalis. Ergo veniale peccatum potest remitti sine mortali.

Art. præced.
 ad 1. q. 9.
 præced. ar. 3.

Præterea. Plus distat peccatum veniale à mortali, quam ab alio veniali. Sed vnum veniale potest dimitti sine alio: ut dictum est. Ergo veniale potest dimitti sine mortali.

Sed contra est, quod dicitur Matth. 5. Amen dico tibi, non exies inde (scilicet ex carcere, in quem intruditur homo pro peccato mortali) donec reddas novissimum quadrantenem. Per quem significatur veniale peccatum. Ergo veniale peccatum non remittitur sine mortali.

Q. præced. ar.
 q. 86.
 ar. 3.

Respondeo dicendum, quod (sicut supra dictum est) remissio culpe cuiuscunque nunquam fit, nisi per virtutem gratia:

quia, ut Apostolus dicit Roman. 4. Ad gratiam Dei pertinet, quod Deus alicui non imputet peccatum: quod glossa ibi exponit de veniali. Ille autem, qui est in peccato mortali, caret gratia Dei. Unde nullum veniale sibi remittitur.

Gloss. inter linearis ibi super illud: Beatus qui non imputat nisi peccatum.

Ad 1. ergo dicendum, quod venialia ibi dicuntur irregularitates sine immunditia, quas contraherant secundum legem.

Ad 2. dicendum, quod licet ad remissionem peccati venialis non requiratur nova infusio habitualis gratia: requiritur tamen aliquis gratia actus, qui non potest esse in eo, qui subiacet peccato mortali.

Ad 3. dicendum, quod peccatum veniale non excludit omnem actum gratia, per quem possunt omnia peccata venialia dimitti. Sed peccatum mortale excludit totaliter habitum gratia: sine quo nullum peccatum mortale, vel veniale remittitur. Et ideo non est similis ratio.

Itera Diui Thomæ est clara: & respiciam explicata est.

DISPUTATIO XII.

De remissione venialium per alia opera.



Hæc Disputatio proprie non spectabat ad hunc locum, sed ad varia, pro diuersitate rerum, quibus solet hic effectus ex opere operato tribui: tamen quia D. Thomas eam attigit in articulo 3. & quia ad complementum huius materiæ est necessaria, prætermitti non potuit: præsertim, quia exponere necesse est, quem concursum habeat virtus poenitentia ad hunc effectum, etiam si ex opere operato fiat. Duo autem sunt capita, ad quæ reducuntur omnes causæ, quibus illo modo potest tribui talis effectus, scilicet sacramenta, & sacramentalia: & sub utroque varia membra continentur, de quibus sub generali quaestione breuiter dici potest. Addi etiam hic potest sacrificium Missæ, quod formaliter est distinctum à prædictis. Sed de illo sufficienter dixi superiori tomo, disput. 79. sect. 5.

SECTIO I.

Vtrum veniale peccatum tollatur ex opere operato per sacramenta.

Primum inquiri posset, an hæc causalitas ex opere operato habeat locum in remissione peccati venialis: nam, si habet, nemo prudens negabit quin per sacramenta nouæ legis generatim loquendo, interdum fiat: quamvis de particularibus sacramentis possit esse dubitatio. Nam, cum hæc sacramenta instituta sint ad homines perfecte sanctificandos ex opere operato, & hæc sanctificatio ex parte consistat in remissione venialium peccatorum, non potest toto huic generi sacramentorum hæc efficacitas denegari, si possibilis est. Ratio autem dubitandi de hac possibilitate est supra tacta, quia vel homo est saltem attritus de peccato veniali, vel non, si non, nunquam poterit tolli ex opere operato, alias tolleretur sine sufficiente mutatione voluntatis humana: quod dicendum non est. Si autem voluntas humana iam fuit sufficienter mutata, statim auferretur peccatum veniale ex dispositione operantis, priusquam interuenire possit efficacitas ex opere operato. Ergo nunquam datur locus huic modo remissionis venialis peccati.

Propositio difficultas.

Ratio dubij.

Hæc difficultas præsertim procedit in remissione venialis peccati, quæ per se fit sine coniunctione cum mortali peccato, & ideo oportet de illa specialiter loqui. Nam de altera, quæ fit simul cum mortali, pro certo supponendum est posse fieri ex opere operato, & de facto fieri per sacramenta, vel plura, vel omnia. Primum patet ex ratione contraria, quia tunc peccatum veniale non potest tolli per solam attri-

Remissio venialis, quæ fit simul cum mortali, potest esse ex opere operato per sacramenta.

attritionem, etiam si illa ad veniale extendatur, quia non potest tolli sine mortali, quod per solam attritionem non tollitur: ergo, adueniente sacramento, poterit veniale ex opere operato tolli, sicut tollitur mortale. Sed fortasse negabit aliquis similitudinem, quia per sacramentum infunditur gratia, quae est forma natura sua impossibilis cum peccato mortali, & ideo non sequitur respectu illius esse possibilem efficacitatem ex opere operato. Sed contra, nam, vt Deus remittat peccatum veniale, non est necesse, vt infundat formam physicam formaliter impossibilem illi, quia re vera, in rigore loquendo, nulla talis est, & saltem est certum sepe fieri sine illa, vt supra significatum est, & ex dicendis amplius constabit: ergo per sacramentum potest Deus remittere ex opere operato simul peccatum veniale cum mortali, applicando Christi meritum, & ordinando gratiam ad vtrumque effectum.

Et hoc ipsum probatur, ostendendo alteram partem inductione sacramentorum. Nam de sacramento poenitentiae supra id ostendimus, ex eo principio, quod sunt materia sufficiens sacramenti poenitentiae, quae propterea recte & vtiliter in confessione dicuntur, vt dixit Concilium Tridentinum Sess. 14. c. 5. Comprehendunturque sub illis verbis Christi, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ioan. 20. Ergo, sicut per poenitentiam clauium remittuntur peccata mortalia ex opere operato, ita etiam venialia illis coniuncta, cum proportionali dispositione, & attritione. Praeterea idem est certissimum de baptismo, vt late ostensum est superiori tomo, disputat. 28. sect. 3. Vbi non solum omnem culpam, sed etiam omnem poenam ostendimus remitti per baptismum homini sufficere attritio: atque etiam probauimus non oportere, vt attritio in contritionem mutetur: quod etiam de sacramento poenitentiae infra repetemus. De aliis vero sacramentis quoad hunc modum remissionis nihil est omnino certum, quia incertum etiam est, an aliquando dent primam gratiam, tamen, supposita probabili opinione affirmante, aliquando dare illam, si bona fide, & cum sufficienti attritione suscipiantur. consequenter dicendum videtur, etiam auferre venialia, quae inueniunt cum mortalibus coniuncta, si attritio ad illa etiam extendatur (agimus autem de remissione tantum quoad culpam.) Quod aperte sentit D. Thom. hic, & idem sentiant alij Doctores infra citandi. Ratio vero est, quia, si gratia infusa per sacramentum cum tali dispositione, remittit peccatum mortale, verisimile est ordinari etiam à Deo ad remittendum veniale: vel aliter, si cum aequali dispositione iustificat Deus hominē à peccato mortali, multo magis iustificabit à veniali: vel, si Deus propter Christi merita applicata per sacramentum, acceptat illam dispositionem vt sufficientem ad remissionem mortalium, quamuis ex se non sufficeret, multo magis acceptabit illam ad remissionem venialium. Ex hac autem ratione solum concluditur, per sacramenta remitti hoc modo ea peccata venialia, quorum homo habet veram & supernaturalem attritionem. An vero alia etiam tollantur, vel tolli possint, in sequenti puncto dicemus, nam quoad hoc eadem est ratio in hoc, & in sequenti modo remissionis venialis peccati.

Quid de remissione venialis peccati quando per se sola fit.

Dicendum ergo superest de remissione culpae venialis, quādo per se sola fit sine remissione mortalis: nam tunc videtur nunquam habere locum opus operatum sacramenti, non quia sacramento ex

A se virtus desit, sed quia semper praenitur à dispositione poenitentis, quae informata per gratiam habet vim satisfaciendi, & expellendi peccatum veniale, antequam sacramentum adueniat: & ita dici poterunt sacramenta de se esse remissiuia peccati venialis, quoties inuenerint illa in homine bene disposito, de facto tamen nunquam remittere illa in homine iusto, quia iam inuenient remissa, si ille est bene dispositus. Nihilominus dicendum censeo sacramenta aliquando tollere peccata venialia ex opere operato in hominibus iustis. Quod, licet in quibusdam sacramentis sit certius quam in aliis, de omnibus tamen est verisimile. De Baptismo sufficienter dicta in citata sect. 3. cum his, quae inferius addemus. Et idem est de sacramento Poenitentiae: coniungendo, quae in praecedenti disp. articulus cum his, quae statim dicemus. Quia vero haec duo sacramenta, per se loquendo, sunt sacramenta mortuorum, ideo in Baptismo non habet locum hic casus, nisi quādo supponitur ad cultus prius iustificatus per contritionem cum baptismo in voto, & postea venialiter peccasse, & sic accedere ad sacramentum baptismi cum aliqua dispositione, quae per se non sufficiat, vt tollatur peccatum veniale, nisi accedat vis sacramenti: de qua dispositione statim dicemus. In sacramento autem poenitentiae frequentius & magis per se habet locum hic casus, scilicet, quando homo iustus de solis venialibus confitetur. Et tunc etiam potest intelligi duplex efficacia in tali sacramento ad tollenda venialia peccata: prima est quasi propria & per se, quae solum versatur circa ea peccata, quae sunt materia talis confessionis: & de hac sufficienter dictum est in disput. praecedenti sect. 3. Alia vero efficacitas esse potest ad tollenda peccata venialia omnia in tali confessione, vel ex obliuione, vel voluntarie, quod potest fieri sine culpa: & quoad hoc videtur esse eadem ratio de hoc sacramento, & de ceteris: quia, si habet hanc vim, magis est ex generali ratione sacramenti nouae legis, quam ex propria talis sacramenti. In quo differt à baptismo, nam hic ex propria & specifica institutione omnia delet, quia est regeneratio, & perfecta ablutio, vt significant, tam actio materiae, quam verba formae: nihilominus tamen quoad dispositionem necessariam ad talem effectum eadem est vtriusque ratio.

D De ceteris vero sacramentis viuorum, de duobus mihi fere certum est, hunc habere effectum quantum est ex vi ipsorum. Vnum est sacramentum Extremae vnctionis, de quo infra in hoc eodem opere ex professo dicam: nunc sufficiant verba Concilij Tridentini sess. 14. capit. 2. & can. 2. de Extrema vnctione defunctis illud sacramentum & dare gratiam, & remittere peccata, seu delicta: & addit, Si quis adhuc expianda: ac peccata reliquias abstergit. Vbi & distinguit peccata à reliquijs peccatorum, & dum dicit, Si quis expianda, plane significat se loqui de peccatis, quae manere possunt in homine iam iustificato. Nisi quis velit id intelligere de solo reatu poenae temporalis, quod volentia est, & praeter vim verborum, praesertim quia ille reatus potius pertinet ad reliquias peccatorum. Aliud est sacramentum Eucharistiae, de quo id late tractati superiori tom. disputat. 63. lect. 10. De alijs vero tribus sacramentis hoc absolute negat Soto in 4. d. 11. q. 2. artic. 4. Idem tamen Soto d. 15. art. 3. oppositum docere videtur: & cum in priori loco videatur maiorem efficaciam in hoc tribuere sacramentalibus, quam his sacramentis: in posteriori ait, si aqua benedicta habet hanc vim (quod ipse indicat) à fortiori habere omnia sacramenta. Atque haec opinio est magis recepta inter Theologos, vt patet ex D. Thoma hic, & Bonau. in 4. distinct. 24. artic. 1. quæst. 2. & A. lense dict. quæst. 65. memb. 3. artic. 4. § 2. Ledesma 1. p. 4. q. 28. artic. 3. Petro Soto lect. 12. de Eucharistia, & 18. de Poenitentia, Et haec sententia, licet certa

autho-

Omnia sacramenta aliquando tollere peccata venialia ex opere operato in iusto.

Vera resolutio. De baptis.

De poenit.

De Extr. ma vnctio. Concil. Tri.

Euchar. De reliquijs tribus sacramentis. Soto.

D. Thom. Bonau. A. lenf. Ledesma.

Conc. Tri. Ioan. 20.

authoritate non confet, neque necessaria ratione probari possit, probabilior est, & magis pia. Quia in primis non repugnat Christum dominum hanc virtutem dedisse his sacramentis. Deinde est consentaneum fini omnib. sacramentis communi, quia omnia sunt instituta ad curationem & sanctificationem animarum. Deinde est consentaneum fini proprio uniuscuiusque sacramenti, qui est, vt aliquod munus sancte, & modo Deo grato perficiatur, quod possunt venialia peccata suo modo impedire, & maxime illa, quae in vnoquoque sacramento specialiter repugnat fini eius. Tandem ob similes rationes probabiliter creditur quodlibet sacramentum, bona fide susceptum, tollere mortale peccatum, si illud inueniat: ergo a fortiori idem dicendum est de peccato veniali, si ex parte poenitentis sit similis, aut proportionalis dispositio.

A mentorum dari aliqua auxilia actualia prauehientia, quamuis non semper dentur in ipsa actuali susceptione sacramenti, sed postea congruis temporibus. Respondeo, si tale auxilium in ordine ad remissionem peccati venialis esset effectus sacramenti ex opere operato, nullu tempus esset magis congruum ad illud dandum, quam sit illud, in quo recipitur sacramentum. Neq; aliquis Auctorum dixit peccata venialia, quae non remittuntur in ipsa susceptione sacramenti, remitti postea aliquando virtute sacramenti, quando per se, & non simul cum mortalibus remittuntur, vt fieri potest per baptismum, vel poenitentiam.

Nec fundamentum oppositum firmum est, quia, vt supra ostendi, etiam actus, qui tollit veniale peccatum, non semper est impossibilis ex se, & natura sua cum peccato veniali: & ideo semper in his effectibus adiungenda est ordinatio diuina, supposita ex parte cause, vel dispositionis proportionem aliqua. Sic ergo in praesenti dicimus, quamuis ex parte hominis non praecedat actus sufficiens, ipsam gratiam sacramentalem, vt talis est, esse formam moraliter sufficientem ad hunc effectum. Et ideo D. Th. hic solum probat hunc effectum ex eo, quod sacramenta gratiam infundunt. Haec autem gratia sacramentalis quoad praesens, no addit supra ipsam gratiam, nisi ordinationem diuinam, qua voluit vt gratia per talem causam, & ad talem finem indita, remitteret venialia, si homo sic recipiens non poneret obicem.

Solutio 10
trarii
fundamentum.

Quanam dispositio sufficiat ad hunc effectum.

6
Primus
dispositio
modus.

Iam vero explicandum sequitur, quanam sit illa dispositio: duobus enim modis intelligi & cogitari potest. Primo, quod sacramenta immediate praebent aliquod auxilium, excitans in nobis motum sufficientem ad tollendum peccatum veniale. Secundo, quod ipsum sacramentum per se remittat veniale peccatum, etiam absq; motu voluntatis per se sufficiente ad expellendum illud. Priorem modum sequuntur Petrus Soto, & alij moderni. & attribuit D. Thoma, hic, & supra q. 79. ar. 4. & tenet aperte A. lenfis supra, & Bonauent. supra, & d. 23. arti. 1. q. 1. vbi Durandus, & alij ita sentiunt de Extrema vnctione. Iuxta quam sententiam nunquam per sacramentum remittitur peccatum veniale sine sufficiente dispositione, seu opere operantis. Dicitur tamen nihilominus tolli ex opere operato, quia ille met actus hominis operantis prouenit a sacramento ex opere operato. Ratio esse potest, quia sacramentum non remittit culpam aliquam nisi mediante aliqua forma inherente impossibili cum tali peccato: haec autem forma respectu venialis peccati non potest esse solus habitus, vt supra ostensum est: ergo esse debet aliquis actus.

Secundum.
Patr. Sot.
Alens
D. Bonau.
Dur.

3
Sacramen-
tum per se ve-
nitiale sine
motu volun-
tatis ad id
sufficiente
vera resolu-
tio.
D. Thom.
Soto.
Palud.
Capreol.

Nihilominus contrariam sententiam censo veriorum, & esse D. Thomae, vt explicui latius dist. qu. 79. art. 4. Eandem tenet Soto ita intelligens D. Thomam hoc loco. Indicant etiam Paludanus, & Capreolus in 4. d. 23. Et de Eucharistia, & baptismis id probaui in locis supra citatis. Ratio vero generalis esse potest, quia omnia sacramenta tollunt peccatum mortale absque dispositione, quae per se ipsam sufficiat. Vnde non tantum excitant meliorem dispositionem, sed cum illa imperfecta per se immediate tollunt ipsum peccatum mortale: cur ergo non magis ita operabuntur remissionem venialis peccati? Et confirmatur, nam alias haec remissio, vel nunquam vel rarissime per sacramentum, quia raro contingit, vt in illo momento, in quo sacramentum absoluitur, homo excitetur, & perficiat meliorem actum, & dispositiorem, quam toto tempore praecedente habuerat. Quod ipsa experientia satis ostendere videtur, etiam in his, qui mediocri diligentia & attentione ad sacramenta accedunt. Et declaratur, quia vel hic effectus sacramenti est aliquod auxilium excitans, quod a solo Deo operante confertur: & hoc non videtur esse in fallibile, aut certa lege dari ex vi sacramenti, quia homines etiam bene dispositi, non semper recipiunt has speciales motiones in ipso momento, quo sacramenta suscipiunt. Vel est solum concursus actualis gratiae adiuantis: & hic etiam cum non fiat actu in nobis sine hostia actuali cooperatione libera, non videtur esse immediatus effectus ex opere operato alicuius sacramenti. Responderi autem potest, ratione sacra-

Quid necesse sit vt homo imponat obicem ad hunc effectum.

Sed tunc superest explicandum, quid necesse sit, vt homo non ponat obicem ad hunc effectum. Et ratio dubij est supra tacta, quia respectu mortalis peccati obicem non tollitur, nisi per aliquem actum, saltem imperfectum, scilicet, attritionem: ergo aliquid simile necessarium erit respectu venialis peccati, saltem ex eo, quod fuit actuale. At vero, si attritio requiritur, illa sine sacramento tollit hoc peccatum, vt supra dictum est: ergo nunquam sacramentum tollit huiusmodi peccatum sine dispositione per se sufficiente: imo loquendo moraliter, seu regulariter, nunquam tollit, sed supponit ablatum per ipsum actum. Circa hoc, qui senserit peccatum veniale nunquam tolli per solam attritionem, etiam si persona sit grata, facile explicabit hunc effectum respectu sacramentorum, dicendo sacramenta facere hominem ex attritio contritum, vt sic dicam, etiam respectu venialium, atque ita tolli obicem per attritionem, & soluitur difficultas tacta, quia negatur fundamentum eius. At vero supposita sententia a nobis posita, quod attritio in homine grato sine sacramento sufficit ad tollenda venialia: dicendum consequenter est, ad tollendum obicem minus requiri quam attritionem, quando quidem sola attritio ad totum effectum sufficit. Vt ergo homo suscipiens sacramentum non ponat obicem huic effectui, satis est (opinor) quod accedat sine actuali complacentia peccati venialis, & cum voluntate ac desiderio recipiendi sacramentum, & effectum eius. Ita etiam sentiunt Soto, & Ledesma. Et probatur retorquendo rationem factam, quia ad hunc effectum non potest sacramentum postulare & exigere attritionem, alias postulare ipsum effectum iam factum: ergo nihil aliud potest cogitari nisi illa carentia complacentiae tum praedicta voluntate. Quod etiam docet D. Thom. in citatis locis ad 2. Addunt praeterea Soto, & Ledesma illa voluntatem circa sacramentum, & effectum eius, esse virtuales quandam retractionem peccati venialis, quatenus homo vult medicinam illius assumere. Item coniectura saepe adducta de leuitate peccati

Voluntatis
sacramenti
si
ne complacentia
peccati
sufficit.

gati venialis, & de dignitate gratiæ, quæ in homine supponitur, hoc etiam confirmant. Quapropter nõ est in hoc æqualis ratio, seu dispositio peccati respectu venialis peccati, & mortalis, nam per mortale multo magis aueritur homo à Deo, & ante remissionem eius caret homo gratia: at vero veniale peccatum est imperfecta, seu fere nulla auersio, & altunde relinquit gratiam in homine, quæ semper est dispositio ad remissionem talis peccati: & ideo, si accedat sacramentum, & non inueniat complacentiam formalem, aut virtuales, tollit illud.

Sed hinc oritur difficultas, nam videtur sequi ex dictis, per quodlibet sacramentum tolli semper omnia peccata venialia, quibus homo non est actualiter affectus, quod non videtur verisimile. Sequela probatur, quia ad hunc effectum non est necessaria positiva dispositio, sed tantum carentia complacentiæ: ergo, si hæc non sit circa vllum peccatum, omnia tollentur. Patet consequentia, tum ex illo principio, quod sacramenta dant suos effectus non ponentibus obicem: tum etiam, quia in inductione facta per singula peccata quodlibet auferri potest ex vi sacramenti supposita carentia complacentiæ, & nõ est maior ratio de vno, quam de alio: ergo auferentur omnia. Ad hanc difficultatem quidam concedunt totum: ita Sotus, & Ledesma. Alij vero negat sacramentum æqualiter tollere peccata venialia, vbi non est æqualis dispositio. Et quidam antiqui Theologi disputantes in particulari de Eucharistia ita sentiunt in 4. d. 12. vt videre licet in D. Thoma q. 2. art. 2. D. Bonauentura 2. part. distinctionis art. 1. q. 3. Richardo art. 5. q. 2. Alenf. 4. p. q. 41. memb. 1. art. 1. & Gabrielect. 87. in Canonem, & D. Antonin. 3. p. tit. 14. c. 12. §. 5. Et ratio est quia, licet sacramenta dent suos effectus non ponentibus obicem, non tamen æqualiter dant omnibus, sed pro ratione dispositionis, vt patet tam in effectu gratiæ, quam in effectu remissionis pœnæ temporalis, non enim coram remittunt etiam non ponenti obicem, sed pro gradu & qualitate dispositionis: ergo idem dicendum est de peccatis venialibus. Propter quod hæc res mihi dubia videtur, & incerta. Nam, affirmando priorem sententiã, nullam absurdum, vel inconueniens sequi video, quanquam efficaci fundamento ostendi non possit, præsertim de omnibus sacramentis, vt ratio in contrarium facta declarat. Multum tamen fanet illi sententiæ D. Tho. hoc loco, & vt minimum videtur probabilius, omnia sacramenta habere vim ad hanc vniuersalem remissionem, si ex parte hominis sit proportionata dispositio: quia ex parte ipsorum sacramentorum non potest esse imperfectus, & dimidiatus hic effectus, cum nitantur in merito Christi infinito, & nulla ratione probabilis fingi possit, esse de se determinatam ad certum numerum & qualitatem peccatorum venialium, magis quam mortalium.

Iam vero descendendum est ad particularia. Et de baptismo sine dubio est probabilis auferre omnem culpam, etiam venialem vbi non inuenit voluntatem resistentem, quia est regeneratio, & renouatio totius hominis. Et hoc etiã affirmavit hic D. Thomas art. 1. ad 2. de Baptismo sanguinis, & solum requirit ne adit complacentia actualis contraria. Caietanus vero in commentario illius solutionis nescio quod discrimen inuenit inter baptismum sanguinis, & aquæ: nam, si Catechumenus v. g. habens propositum mentiendi, in somno interficitur pro Christo, dicit illi remitti illud peccatum veniale, non obstante illa voluntate virtuali ex priori proposito manente, si tamen baptizetur baptismum aquæ, dicit non tolli illud veniale peccatum propter virtuales complacentiam. Nullam vero assert probationem: neque ego vllam video. Nam si illa virtualis complacentia est obex, ita vt illi omnino remissio venialis peccati, etiam per martyrium non

Fr. Suarez tom. 4.

tollitur: si vero non est obex, per baptismum aquæ tollitur, quia baptismus omnia remittit nõ ponenti obicem. Dicere autem quod respectu vnus sit obex, & non respectu alterius, non video quod fundamento dicatur. In vtroque autem casu, si illud peccatum veniale nullo modo fuit retractatum, neque post illud habuit homo aliquem actum, quod, vel formaliter, vel saltè virtualiter voluerit illud a se expellere, vel remedium aliquod adhibere, desiderando v. g. baptismum, vel martyrium, vel aliquid simile, non existimo remitti illud peccatum etiam per illa baptismana, quæ maius in hoc habent priuilegium, quia existimo semper requiri aliquam dispositionem, vel mutationem voluntatis: hanc vero oportet esse posteriorem, quam propositum ipsum peccandi venialiter. Si autem post tale propositum homo habet aliud desiderium, vel voluntatem aliquo modo repugnantem ipsi peccato veniali, id satis erit vt auferantur tam per baptismum aquæ, quam sanguinis, propter rationem factam.

Deinde de penitentia existimo auferre omnia peccata venialia quæ vel homo confitetur iuxta aliquem probabilem modum ex superius positis dispsue. præcedente: vel si in illis peccatis hoc locum non habet propter specialem rationem huius sacramenti requireris formalem penitentiam ad sui constitutionem: saltem remittet alia peccata, de quibus homo non est attritus, maxime si sint oblita, & non voluntarie omisa, quia quantum est ex se, omnia illa subiicit clauibus, & quia illud sacramentum habet vim tollendi peccata, etiam oblita, si non in Deum obicem. At vero de aliis peccatis quæ homo voluntarie non subiicit clauibus, non est res adeo certa: & fortasse maior aliqua dispositio circa illam requiritur. De extrema vero vnctione probabile est semper omnia remittere, si sint aliquo modo ex supra declaratis retractata. Quod significatur Iacob. 5. Si in peccatis est remittentur ei. Et in supra citat. verbis Concil. Trident. Item, quia illud est copiosum, & extremum remedium ad hunc finem collatum.

De aliis vero sacramentis res est dubia. Tamen verisimilior est posterior sententia propter rationem factam. Vnde, licet verum sit, quod supra diximus, solam voluntariam susceptionem sacramenti, ablato obice, sufficere ad remissionem venialium, sicut sufficit ad augmentum gratiæ: non tamen inde sit vt sufficiat ad remissionem omnium venialium, sicut nec sufficit ad omne augmentum gratiæ: sicut ergo sic recipienti tale sacramentum ex institutione diuina definitus est certus gradus gratiæ, quia augebitur in melius disposito, ita eodem modo definita est certa remissio aliquorum venialium, quæ erit maior in melius disposito, & poterit esse integra & totalis in perfecte disposito. Et ad illam interrogationem, quando non tolluntur omnia, cur potius hæc quam illa tollantur, cum & dispositio, & sacramentum sit æque indifferens. Respondeo primo, eandem interrogationem fieri posse de remissione pœnæ, quando, scilicet, non tollitur tota: quare remittatur ea, quæ debetur huic peccato potius quam alteri. Secundo ergo dicitur hoc posse remitti in diuinam voluntatem, quia cum ex parte nostra nõ detur causa, ipse remittit, quod vult. Tertio dici potest probabiliter, vnumquodque sacramentum esse magis institutum ad quædam peccata tollenda: quam alia, & illa prius tollere, deinde illa, quæ eisdem propinquiora sunt, vt Eucharistia prius tollit peccata venialia repugnantia charitati, primum Dei, deinde proximi: quod si hæc non inueniat, vel plura possit remittere, tollit deinde ea, quæ repugnat spei, vel fidei, deinde ea, quæ religioni, & sic de aliis. Confirmatio fortasse per se primo tollit ea, quæ repugnant fidei. Ordo, quæ repugnat religioni: matrimonium, quæ castitati, & sic de aliis.

N Fortas-

10
An illa
sunt omnia
venialia
quæ non
sunt in
actualiter
affectus.

Omnino
negat.

D. Thom.
D. Bonau.
Richard.
Alenf.
Gabr.
D. Ant.

Omnino
affirmat
sententiam
priorem.

11
Probatur
in
baptismo
omnino
affirmat.

Quædam
de
sententia
inter
baptismo
omnino
affirmat.

12
Idem in Pœn
nitentia o.
stenditur.

Idem de Ext
rema vn
ctione iud.
catur.
Iacob.

13
In alia sa
cramenti o.
prio negans
sententiam
probabilis

Respondeo
tur interro
gationi affir
mantis sen
tentiam.

Fortasse etiam quando cætera sunt paria, illud peccatum prius tollitur, antiquius est, vel secundum altam similem proportionem.

SECTIO II.

Virum Sacramentalia remittant peccata venialia ex opere operato.

Sex ceremonialia, qui bus remissio venialium attribuitur.

DE his sacramentalibus quatenus sunt ceremoniarum quædam instituta ab Ecclesia ad ornatum, solennemque ritum sacramentorum, disputavi superiori tomo disput. 15. ubi in sect. 4. nonnulla etiam de hac materia attigi. Hic vero latius vimur hac voce pro quibusdam rebus, vel actionibus sacris, quibus hic effectus remittendi venialia solet attribui, quæ solent numerari, quæ hoc versu comprehenduntur.

Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens, Id est, oratio Dominica, aqua benedicta, panis benedictus, confessio generalis, elemosyna, Episcopi, vel Abbatis consecrari benedictio: illæ enim sex voces ad hæc sex membra accommodantur. Adduntur autem tria alia, scilicet, Oratio in Ecclesia consecrata, tinctio pectoris, & sacra Vinctio. Sed duo priora reduci possunt ad orationem: sacra vero Vinctio principaliter sumpta, sacramentum est, & non sacramentale, vel, si sit sermo de ceremoniali vinctio, potest reduci ad tinctioem. Unde autem hæc omnia colligantur, & quo fundamento dicantur esse remedia ad tollendum peccata venialia, in discursu videbimus.

Prima opinio affirmans.

Tripliciter explicatur. Primo.

Secundo.

Palud. D. Ant. Bonau.

Tertio.

Victoria. 9. 10. Ledesm. Cano. Maior.

DE his ergo sacramentalibus duplex est opinio. Prima est, hæc omnia habere hunc effectum ex opere operato: quæ tribus modis explicatur. Primus est, hoc facere tantum mediate, excitando actum sufficientem. Ita Petrus Soto lect. 18. & videtur favore D. Thomas hic art. 3. & q. 7. de Malo art. 2. Significat Gabriel in 4. d. 16. qu. 5. art. 3. dub. 3. Secundus modus est remittere immediate, ita tamē vt requirant attritionem, saltem imperfectam. Ita significat Paludanus d. 16. quæst. 1. art. 2. conclus. 4. & D. Antoninus 1. part. tit. 10. cap. 1. §. 5. Bonavent. d. 2. artic. 1. quæst. 2. quantum Bonavent. non requirat formalem motum attritionis, sed submissionis, deuotionis, vel reuerentiæ in Deum. Non declarant autem hi Auctores, an talis actus interior debeat esse per se sufficiens ad remissionem peccati venialis, vel quo modo iuuetur ab actu exteriori. Tertius modus est, immediate id facere ad modum sacramentorum, si non inueniant complacentiam contrariam, & homo vel pia actione, vel religiose vtatur aliqua ex his rebus. Ita Victoria in Summa quarti, numer. 99. de Pœnitentia. Et eum secuti sunt Soto in 4. d. 11. qu. 2. art. 4. & d. 15. qu. 2. art. 3. Ledesma. 1. p. 4. qu. 28. art. 3. Cano lib. 12. de Locis. cap. 23. ad 9. & idem sentit Maior in B. d. 13.

In vnoquoque autem ex illis modis sumitur fundamentum ex impugnatione aliorum, quod breuitatis causa omitto, & quia facile ex dictis colligi potest. Primus enim modus fundatur in generali principio, quod peccati venialis remissio non fit sine sufficienti motu interiori: & ideo, si hæc sacramentalia habent aliquam specialem vim, necesse est vt illa sit ad excitandum talem motum. Secundus autem modus in hoc fundari potest, quod peccati venialis remissio, licet requirat motum internum, nõ tamen semper perfectum, & per se sufficientem: & ideo iuuari potest per hos actus exteriores ex Ecclesie institutione. quia, sicut Ecclesia potest concedere indulgentias, ita videtur posse hoc facere.

Tertius vero vltra hoc addit, necessarium esse hunc effectum esse infallibilem, si homo nõ ponat obicem actualis vel virtualis cõplacentiæ, quia alias nõ esset proprie ex opere operato, quod tamen videtur necessarium, cum hæc assignentur, vt specialia remedia contra hæc peccata, quasi vi propria aliquid contra illa operentur: ad illud autem satis est quod homo his rebus vtatur cum voluntate religiosa obtinendi per illa effectum ab Ecclesia institutum: nam illa voluntas, supposita Ecclesie institutione, est quædam virtualis dispensatio venialis peccati. Maior vero specialiter fundatur in hoc, quod remissio venialis peccati tantum est remissio pœnæ, quam Ecclesia concedit per indulgentias, & ita etiam potest concedere per hæc sacramentalia.

Secunda opinio negans.

SECUNDA vero opinio generaliter negat huiusmodi efficaciam ex opere operato. Hæc est antiquorum Theologorum opinio, quam magis indicat D. Th. citatis locis: nunquam enim dixit illam excitationem fieri ex opere operato. Clarius in 4. d. 16. qu. 2. art. 2. quæstio. 4. & d. 21. qu. 2. art. 1. Alenf. 4. p. q. 65. memb. 3. art. 4. §. Durandus d. 21. q. 3. & ibi Bonavent. art. 3. q. 1. Richard. art. 3. q. 1. Abulensis 4. Reg. 2. q. 39. Turrecrem. in cap. Tres autem. de Pœnit. d. 1. art. 3. & in c. Aquam. de Consecrat. d. 3. & alii. Fundamentum est, vel quia Ecclesia non habet potestatem instituendi causam, quæ possit hunc effectum ex opere operato conferre: vel quia, etiam si habeat non constat de tali institutione. Et hæc sententia mihi probatur. Vt tamen eius fundamentum intelligatur, aduertendum est, hæc sacramentalia non habere efficaciam ex institutione Christi, quia non sunt à Christo instituta, sed ab Ecclesia, vt in priori loco citato ex 3. tom. latius tractati. De institutione autem Ecclesie, & actio, & potestas dubie sunt quoad hunc effectum ex opere operato. Et ideo breuiter de vtraque dicam.

Sacramentalia non tollere peccata ex opere operato.

DICO ergo primo: Nullum sacramentale est in Ecclesia de quo constat esse institutum ad tollendas culpas veniales ex opere operato. Hoc pro breuiter, discurrendo per omnia supra numerata. Et in primis, oratio Dominica, tinctio pectoris, & elemosyna immerito numerantur inter sacramentalia, nulla enim est in Ecclesia specialis institutio, aut benedictio circa huiusmodi res: neque in decretis aliquid huiusmodi inuenitur. Nam quæ citari solent ex c. Tres sunt. & c. Medicina. & c. Medicamentum, & c. Quamobrem de Pœnit. d. 1. & c. De quotidianis: de Pœnit. d. 3. sumpta sunt ex Augusti. de Pœnit. medicina. c. 2. & lib. 50. homiliarum, homil. vlt. c. 3. Hier. Daniel. 4. Chrysof. homil. 6. ad Heb. Et Amb. de Elia & Enoch, de tinctioe pectoris, loquitur specialiter August. in Epist. 108. Qui non de aliqua institutione Ecclesie loquuntur, sed de efficacia, quam illa opera, vt sunt actus virtutum, habent ad obtinendam remissionem peccatorum, per modum impetrationis, vel dispositionis. Unde respectu mortalium peccatorum illis tribuunt aliquam efficaciam, vt etiam colligi potest ex Conc. Toletano, 4. c. 9. sed quo peccata venialia minora sunt, eo maior est virtus in illis operibus ad eorum remissionem.

Idem certum videtur de confessione generali, nullum enim est decretum continens, vel indicans specialem institutionem, nec antiqui Theologi eius meminerunt: sed quia illa confessio est exterior actus pœnitentiæ, si debito modo fiat, & illi correspondet interior actus proportionatus: debet quidem peccata

D. Thom. Alenf. Dur. D. Bonau. Richard. Abul. Turrecr.

Affert. Oratio Dominica. Tinctio pectoris. Elemosyna. August. Hieron. Chrysof. Ambros.

Conc. Tolet.

Confessio generalis.

peccata venialia, non ex opere operato, sed ex dispositione operantis, quia est vniuersalis detestatio peccatorum. Quod etiam notauit Soto supra, dicens (& merito) id non probari ex dict. cap. De quotidiana. Quod est August. in Enchir. c. 71. & in eo nulla est mentio de confessione generali. Addit vero Soto hoc esse receptum communi consuetudine Ecclesie, & sentit sufficere ad hanc efficaciam ex opere operato. Sed reuera non sufficit sine institutione, quia, si est sermo de consuetudine tantum illius boni operis, illa non magis potest hoc prestare in hoc opere, quam in aliis operibus bonis. Si vero sit sermo de consuetudine sub hac apprehensione, si apprehensio est falsa, nihil poterit conferre ad hunc effectum. Adde etiam, non esse verum dari hanc consuetudinem hoc modo explicatam, cum plures, & fere omnes docti viri oppositam existimationem habeant. Ac denique, qualiscunque esset illa consuetudo, non posset sufficere ad hunc effectum, sicut neque ad indulgentiam, vel remissionem poenae, nisi praecedat concessio habentis potestatem. Aiuunt vero quidam Moderni quauis confessio per se sola non sufficiat ad remissionem, tamen deprecationem illam, quae solet ex usu Ecclesie dici a Sacerdote (scilicet Misereatur tui, &c. Indulgentiam, absolutionem, &c.) tollere ex opere operato venialia, Quod affirmat Soto d. 19. q. 4. art. 1. quando dicitur a Sacerdote. Victoria vero in Summa 4. & Ledesma 2. p. 4. q. 7. art. 3. hoc ostendunt, etiam si dicatur a laico. Sed nullus eorum adducit fundamentum: unde, qua facilitate dicitur, reuocatur: quia in re, quae pendet ex positua institutione, nihil affirmari potest, nisi vel constet ex decreto aliquo vel ex aliqua auctoritate, aut traditione: neutrum autem hic inuenitur. Illa ergo solum est quaedam deprecatio, quae, si fiat a ministro Ecclesie, nomine eius habebit aliquam maiorem vim impetrandi, propter Ecclesie merita.

Et idem censeo de Episcopali benedictione. Et sumo ex August. epist. 59. q. 5. ubi eam vocat *interpellationem quandam*. De qua videri possunt plura apud Ioannem Durandum lib. 2. de Ritibus Ecclesiasticis c. penult. Citari autem solet de hac benedictione, & pro hoc effectu cap. *Benedictio*, & c. *Dictum*, & c. *Maledictum*, 1. q. 1. Sed nihil ad rem praesentem faciunt. Nam in 1. & 3. ca. nulla de haere, aut alia simili mentio fit: in secundo vero solum ait August. sacramentalium consecrationem, seu benedictionem non priuari suo effectu, etiam si sacerdos ministrans malus sit. Denique solent Episcopi concedere indulgentiam quando solenniter benediciunt: illa vero spectat, vel ad impetrationem aliquam, vel ad remissionem alicuius poenae, non culpa. Praeterea, oratio facta in Ecclesia consecrata habet fortasse apud Deum aliquam maiorem vim ad impetrandum propter Ecclesie merita, tam e effectum ex opere operato nullum habet, vt latius ostendi dict. disp. 15. Quod vero Palud. adducit ex 3. Reg. 4. *Qui orauerit in domo hac*, vel nihil probat, vel ad summum declarat a simili genus illud impetrationis.

Praeterea, de Sacramento *Vnctionis* extat titulus in Decretalibus, qui solet citari ad hoc: sed sine causa, quia ibi solum fit mentio *Extremae Vnctionis*, & Confirmationis, quae non sunt sacramentalia, sed sacramenta. Recensentur etiam quaedam aliae vnctiones caeremoniales: sed de nulla dicitur, quod fiat ad tollenda venialia, sed & ad ornatum & ad aliquam sacram significationem, & fortasse etiam ad aliquam impetrationem. De pane benedicto constat nobis eius vsum esse antiquissimum: de quo multa videri possunt apud Vualdensem de Sacramentalibus c. 167. & Durand. dict. lib. 2. c. vlt. Inter alios vero eius meminit August. lib. 2. de Peccatorum meritis c. 26. & vocat *panem Catechumenorum*: nam illis non dabatur Eucharistia, sed loco illius dabatur hic

Fr. Suarez tom. 4.

panis benedictus. Vnde constat non fuisse institutum ad tollenda venialia ex opere operato, quia Catechumeni non erant capaces huius effectus ante baptismum. Solebant autem fideles communicare diebus Dominicis: postea vero, cum illa consuetudo paulatim aboleretur, introductum est, vt panis benedictus daretur etiam baptizatis, quasi in memoriam, & significationem Eucharistiae: ergo nullum est hic fundamentum huius effectus. Nam c. *Cum omne crimen*. de Consecrat. d. 2. quod Soto ad hoc propositum affert, nihil omnino ad causam facit, quia ibi solum dicitur omne crimen atque peccatum, oblatum Deo sacrificiis, deleri, & totus ille textus est de sacrificanda. & ministranda Eucharistia: de pane autem benedicto nullum est ibi verbum.

Supereff sola aqua lustralis instituta ab Alexandro I. vt habetur in eius epist. & in c. *Aquam*. de Consecratio. d. 3. Et de hac est aliqua maior verisimilitudo, quia in eius institutione, seu benedictione dicitur, vel potius petitur, vt sit in *sanctificationem*, & comparatur cum legalibus caeremoniis, quae suo modo sanctificabant ex opere operato. Nihilominus censeo, etiam de hac oppositum esse verius: quia, cum haeres sit grauis, debuisset institutio esse clara, & expressa, si ad hunc effectum ordinaretur. Verbum autem illud *sanctificandi*, amplissimum est. Et de legalibus caeremoniis affirmat August. de Vera & falsa poen. c. 2. o. abfuisse peccata venialia, quod sine dubio non faciebant ex opere operato. Sed quia erant actus religionis & humiliationis cuiusdam, ideo, si debito modo fierent, poterant ex dispositione operantis conferre illum effectum. Ita ergo de hac caeremonia intelligendum est. Addit vero D. Thom. ex intercessionem Ecclesie, quae ex vi talis institutionis applicatur, habere huiusmodi aquam vim quadam moralem ad tollenda impedimenta, vel coerendo demones, sicut fit exorcismis: vel excitando in homine bonum motum: & hoc modo, ait deseruire ad iustificationem, vt videre est in 4. d. 6. q. 2. art. 3. q. 2. ad 4. & d. 16. q. 2. art. 4. Quod per modum impetrationis optime, iuxta mentem eius intelligitur. Vnde fere omnes Doctores citati non tribuunt in hoc maiorem vim aquae benedictae ex opere operato, quam aliis sacramentalibus, vt videre etiam licet in *Turrecremata* in c. *Aquam* de Consecratione d. 3. Nullum ergo inuenitur sacramentale de facto fictitum ad tollenda peccata venialia ex opere operato.

Non esse in Ecclesia potestatem ad instituenda signa sensibilia, quae vt instrumenta hunc effectum conferant. Concl. 2.

Dicendum secundo est, probabilius videri non esse in Ecclesia potestatem ad instituenda signa sensibilia, & quasi instrumenta, quae ex opere operato tollant peccata venialia. In hac conclusione non est certitudo, quia non videtur dubium quin potuerit Christus hanc potestatem dare Ecclesie. Quamuis non desint qui negent potuisse Christum dare Ecclesie potestatem instituendi signum remissionis peccati venialis ex opere operato, nisi dando etiam potestatem ad instituendum signum efficacis gratiae sanctificantis ex opere operato, quia, licet ad remissionem peccati venialis absolute non sit necessaria infusio gratiae, tamen ad remissionem eius ex opere operato est necessaria, quia non potest peccatum veniale tolli, nisi per internam renouationem, & sanctificationem: & ideo, si haec renouatio non fit per actum ex se sufficientem ad expellendum peccatum veniale, necesse est vt fiat per infusionem habitus, vel actum eius. Quod si hoc verum esset, optime probaretur Ecclesiam non habere hanc potestatem instituendi signum, vel causam remissionis peccati venialis ex opere operato, quia non potest

N 2 institu-

Soto

Soto
vltim.
Ledesma

7
De Episcopali
benedictione
Durand.
Cap. Bened.
dictum.
Cap. Dicitur
Cap. Maledictum.

De oratione
facta in Ecclesia
consecrata.
Palud.
3. Reg. 4.

8
De Sacramento
Vnctionis
Vnionis.

De pane benedicto.

President.
Durand.
August.

Cap. Cum
omne crim.

9
De Aquae
lustrali.
Alex.

August.

D. Thom.

Turrecr.

10

instituire signum efficax gratiæ: non enim potest instituire sacramenta.

Veruntamen fundamentum illud existimo esse falsum: potuisset enim Christus, si voluisset, vel per se ipsum instituire huiusmodi signum remittens venialia, & non dans gratiam, vel dare Ecclesiæ potestatem ad illud instituendum. Quod plane supponunt omnes auctores qui tractant de his sacramentalibus: nullus enim eorum dixit implicare contradictionem quod dentur talia sacramentalia: sed supponendo non implicare, inquirunt an de facto sint, vel in Ecclesia sit potestas ad illa instituenda. Deinde, cum infusione gratiæ habitualis, absque actu per se sufficiente, potest Deus remittere peccatum veniale, ergo etiam sine gratia potest id facere: quia illa gratia non cõcurrit formaliter ad illam remissionem, sed concomitanter: & ideo posset fieri infusio illius sine tali remissione: ergo & contrario posset fieri remissio sine illa: quia non est maior connexio, aut per se dependentia. Vnde non solum de possibili, sed etiam de facto existimo probabile aliquando ita fieri, saltem per sacrificium Missæ, vel in ipsis offerentibus, vel in his pro quibus offertur, si habeant aliquem bonum motum cõtra peccatum, quanuis per se non sufficeret. Ratio autem est, quia de potentia absoluta potest Deus remittere peccatum veniale sine vlla interna reuocatione physica, & de facto posset remittere per aliqualem renouationem actualem, id est, per actum virtutis aliquo modo oppositum veniali peccato, licet non per se sufficientem ad expellendum illud, vt esset in præsentia vsus religiosus talis sacramentalis cum aliqua submissione ad Deum, quanuis ergo sit certum Christum Dominum non dedisse Ecclesiæ potestatem ad instituendum signa, quibus gratia infundatur: tamen cum ad tollendum peccatum veniale per se non requiratur gratiæ infusio, adhuc manet incertum, an dederit potestatem instituendi prædicta signa remissiuia ex opere operato venialium peccatorum.

Nihilominus tamen conclusio posita vera videtur, quia in re graui, & supernaturali non est affirmandum, nisi quod ex sacra Scriptura, vel ex traditione, & vsu Ecclesiæ, vel ex vrgente ratione deducta ex aliis principiis reuelatis, colligi potest: hic autem nihil horum interuenit. Nam ex Scriptura solum habemus illa verba Ioan. 20. *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: vel illa Matth. 16. & 18. Quaecumque solueritis super terram, &c.* At vero priora verba intelliguntur de potestate remittendi peccata per sacramentum poenitentiae, vt constat ex concilio Tridentino sess. 14. & infra latius dicemus. Posteriora autem verba, si de absolutione peccatorum intelligantur, eundem sensum habent: extenduntur vero ad potestatem remittendi poenas per indulgentias, & ad potestatem ligandi, & soluendi per censuras, & alia præcepta, quæ ad gubernationem Ecclesiæ pertinent.

Rursus ex traditione, & vsu nihil habemus, quin potius ex non vsu potest sumi argumentum, quod in huiusmodi materijs efficax est. Ostendimus enim hæc tenus Ecclesiam, instituisse aliquod signum huiusmodi: ergo signum est non recepisse ad hoc potestatem. Præterea nec est vlla ratio, vel necessitas ob quam hæc potestas data sit. Nam Christus instituit septem sacramenta, quæ ex opere operato tollant venialia: sunt etiam plura alia remedia, quæ ex opere & dispositione operantis hunc effectum conferant: quid ergo necesse fuit alia signa ex opere operato per Ecclesiam institui posse. Neque ex remissione temporalis poenæ sumi potest argumentum, tum quia malum culpæ difficilius tolli debet, & magis requirit proprium actum ipsius hominis: tum etiam quia poena temporalis non remittitur ex confessione vel indulgentia Ecclesiæ, nisi applicando ex

Christi, vel Sanctorum satisfactionibus quantum est necesse ad huiusmodi solutionem: quod non ita proprio loco habet in remissione culpæ. Quapropter, ex communitentia per indulgentias remittuntur poenæ, non vero culpæ etiam veniales, vt latius in proprio loco dicemus.

Solum oportet vt satisfaciamus in interrogantibus, cur effectus remittendi peccata venialia, potius tribuatur his sacramentalibus, quam aliis actibus, quandoquidem ipsa per se nihil conducunt: quod enim excitare possint mentem hominis ad dolorem peccati, vel reuerentiæ Dei, vel alium similem motum, quo remittantur peccata venialia, commune est aliis rebus, vt imaginibus, concioni, vel lectioni sacre, &c. Respondetur, in primis hunc numerum sacramentalium quoad hunc effectum non esse certa aliqua ratione, aut auctoritate fundatum, & ideo non esse inconueniens, quod posset augeri, vel minui, iuxta probabilem aliquam rationem. Nam inter Doctores etiam alii sex numerant, alii nouem: & in rudimentis Doctrinæ Christianæ tria ex illis omittuntur, & adduntur alia tria remedia, scilicet communicare, audire Missam, & concionem sacram, quæ sine dubio sacramentalia non sunt. Deinde dicitur triplici titulo aliquam actionem externam numerari inter hæc remedia. Primus est, quia ex genere suo, & ex modo quo fit, habet adiunctum aliquem dolorem peccatorum, vel significationem eius, vt confessio generalis, vel confessio peccatoris. Secundus est propter specialem vim impetrandi remissionem peccatorum, fundatam vel in aliqua promissione Dei, seu locutione Scripturæ, vt est in elemosyna, vel in propria petitione, vt est in oratione Dominica. Tertius est ob specialem impetrationem diuini auxilii, vel motionis, fundatam in orationibus Ecclesiæ, quæ per specialem consecrationem, vel benedictionem ad hunc effectum applicantur: & huiusmodi est aqua benedicta, quæ propterea non vtiq; operatur ex apprehensione sumentis illam, alioqui tantumdem valeret, si existimaretur benedicta, quamuis non esset, vel, si homo illam assumeret vt signum excitatum, sine hac benedictione eundem effectum haberet: quod est præter Ecclesiæ sensum. Habet ergo vim moralem quasi applicandi Ecclesiæ intercessionem, quam fortasse vim habent etiam alia res, quæ fere eisdem verbis ab Ecclesia benedicuntur, vt ex Pontificali Romano constat, de consecratione Episcoporum, Abbatum, &c. Cætera vero, in quibus aliquis titulus istorum non reperitur, non est cur in hoc ponantur numero, vel si vulgo ponuntur, est propter aliquam similitudinem, vel participationem eorum, quæ diximus.

QVÆSTIO LXXXVIII.

De reditu peccatorum per poenitentiam dimissorum, in quatuor articulos diuisa.



Deinde considerandum est de reditu peccatorum per poenitentiam dimissorum.

Et circa hoc quaruntur quatuor.

Primo, vtrum peccata per poenitentiam dimissa, redeant simpliciter per sequens peccatum.
Secundo, vtrum aliquo modo per ingratitude rediant specialius secundum quendam peccatum.
Tertio, vtrum peccata redeant in aliquo reatu.
Quarto, vtrum illa ingratitude, per quam redeunt, sit speciale peccatum.